

---

**s. 43, 1:**

508/1 de uerbis beati Petri apostoli  
 508/2 [\(F1\)](#) «audiuimus uocem delatam de caelo »  
 508/3 [\(F1\)](#) «hic est filius meus dilectus »  
 508/4 [\(F1\)](#) «et habemus certiorem propheticum sermonem »  
 508/5 initium bonae uitiae, cui uita etiam aeterna debetur, recta  
 508/6 fides est. est autem fides credere quod nondum uides, cuius  
 508/7 fidei merces est uidere quod credis. tempore igitur fidei tamquam  
 508/8 tempore sementis non deficiamus, et usque in finem non  
 508/9 deficiamus, sed perseueremus, donec quod seminauimus metamus.  
 508/10 cum enim auersum esset genus humanum a deo et  
 508/11 iaceret in delictis suis, sicut creatore opus habebamus ut  
 508/12 essemus, sic saluatore ut reuiuisceremus. iustus deus damnauit  
 508/13 hominem, misericors deus liberat hominem. [\(F1\)](#) «deus Israel ipse  
 508/14 dabit uirtutem et fortitudinem plebi suae. benedictus deus ». sed  
 508/15 accipiunt credentes, non accipiunt contemnentes.

**s. 43, 2:**

508/16 nec de ipsa fide tamen ita gloriandum est, quasi aliquid  
 508/17 nos possimus. non enim fides nihil est, sed magnum aliquid;  
 508/18 quam si habes, profecto accepisti. [\(F1\)](#) «quid enim habes, quod non  
 508/19 accepisti? » uidete, karissimi, unde domino deo gratias agatis,  
 508/20 ne in aliquo dono eius ingrati remaneatis, et propter hoc quod  
 508/21 ingrati estis, quod accepistis perdatis. laus fidei explicari a me  
 508/22 nullo modo potest, sed a fidelibus cogitari potest. porro si ex  
 508/23 aliqua parte ut dignum est cogitetur, quis digne cogitet quam  
 508/24 multis donis dei ipsius praeferatur? et si minorata dona dei in  
 508/25 nobis debemus agnoscerre, quanto magis illud quod ea superat  
 508/26 debemus agnoscerre?

**s. 43, 3:**

508/27 a deo debemus esse quod sumus. quia non nihil sumus,  
 508/28 a quo nisi a deo habemus? sed sunt et ligna, sunt et lapides,  
 508/29 a quo nisi a deo? nos ergo quid plus? non uiuunt ligna et  
 508/30 lapides; nos autem uiuimus. sed adhuc nobis id ipsum uiuere  
 508/31 cum arboribus fructisque commune est. dicuntur enim et  
 508/32 uites uiuere. nam si non uiuerent, non scriptum esset: [\(F1\)](#) «occidit  
 508/33 in grandine uineas eorum ». uiuit, cum uiret; arescit, cum  
 508/34 moritur. sed uita ista non habet sensum. quid nos amplius?  
 508/35 sentimus. quinquepertitus corporis notus est sensus. uidemus,  
 508/36 audimus, olfacimus, gustamus, tactu etiam per totum corpus  
 508/37 nostrum mollia dijudicamus et dura, aspera et lenia, calida et  
 509/38 frigida. est ergo in nobis sensus quinquepertitus. sed hunc  
 509/39 habent et bestiae. habemus ergo aliquid amplius nos. et  
 509/40 ista tamen quae enumerauimus, fratres mei, si consideremus  
 509/41 in nobis, quantam de his gratiarum actionem, quantam creatori  
 509/42 laudem debemus? sed tamen amplius quid habemus?  
 509/43 mentem, rationem, consilium, quod non habent bestiae, non  
 509/44 habent uolucres, non habent pisces. in eo facti sumus ad imaginem  
 509/45 dei. denique ubi scriptura narrat quod facti sumus,  
 509/46 ibi subiungit ut nos pecoribus non solum anteponat, sed et  
 509/47 praeponat, id est, ut ea nobis subiecta sint: [\(F1\)](#) «faciamus », inquit,

509/48 [\*\*\(F1\)\*\*](#) «**hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et habeat potestatem**

509/49 piscium maris et uolatilium caeli et omnium pecorum

509/**50** et serpentium quae repunt super terram ». unde habeat potestatem?

509/51 propter imaginem dei. unde quibusdam dicitur increpando:

509/52 [\*\*\(F1\)\*\*](#) «**nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus** ».

509/53 sed aliud est intellectus, aliud ratio. nam rationem habemus

509/54 et antequam intellegamus, sed intellegere non ualemus,

509/**55** nisi rationem habeamus. est ergo animal rationis capax,

509/56 uerum ut melius et citius dicam animal rationale, cui natura

509/57 inest ratio, et antequam intellegat iam rationem habet. nam

509/58 ideo uult intellegere, quia ratione praecedet.

#### s. 43, 4:

509/59 hoc ergo unde bestias antecedimus maxime in nobis

509/**60** excolare debemus et resculpere quodam modo et reformare.

509/61 sed quis poterit, nisi sit artifex qui formauit? imaginem in

509/62 nobis dei deformare potuimus, reformare non possumus. habemus

509/63 ergo, ut cuncta breuiter retexamus, ipsum esse cum

509/64 lignis et lapidibus, uiuere cum arboribus, sentire cum bestiis,

509/**65** intellegere cum angelis. dijudicamus ergo oculis colores, auribus

509/66 sonores, naribus odores, gustatu sapores, tactu calores,

509/67 intellectu mores. intellegi omnis homo uult; intellegere nemo

509/68 est qui nolit; credere non omnes uolunt. dicit mihi homo:

509/69 intellegam ut credam. respondeo: crede ut intellegas. cum

509/**70** ergo nata inter nos sit controuersia talis quodam modo, ut ille

509/71 mihi dicat: intellegam ut credam, ergo ei respondeam:

509/72 immo crede ut intellegas, cum hac controuersia ueniamus ad

509/73 iudicem, neuter nostrum praesumat pro sua parte sententiam.

509/74 quem iudicem inuenturi sumus? discussis omnibus hominibus,

509/**75** nescio utrum meliorem iudicem inuenire possimus, quam

510/76 hominem per quem loquitur deus. non eamus ergo in hac re et

510/77 in hac controuersia ad litteras saeculares, non inter nos iudicet

510/78 poeta, sed propheta.

#### s. 43, 5:

510/79 beatus apostolus Petrus cum duobus aliis Christi domini

510/**80** discipulis Iacobo et Iohanne in monte cum ipso domino constitutus

510/81 audiuist uocem delatam de caelo: [\*\*\(F1\)\*\*](#) «**hic est filius meus**

510/82 dilectus, in quo bene complacui. ipsum audite ». quod commendans

510/83 memoratus apostolus in epistola sua dixit: [\*\*\(F1\)\*\*](#) «**hanc uocem**

510/84 nos audiuiimus de caelo delatam cum essemus cum illo in

510/**85** sancto monte ». et cum dixisset: [\*\*\(F1\)\*\*](#) «**hanc uocem nos audiuiimus de**

510/86 caelo delatam », subiunxit atque ait: [\*\*\(F1\)\*\*](#) «**et habemus certiorem propheticum**

510/87 sermonem ». sonuit uox illa de caelo, et certior est

510/88 propheticus sermo. attendite, karissimi, adiuuet dominus et

510/89 uoluntatem meam et expectationem uestram, ut dicam quod

510/**90** uolo, quomodo uolo. quis enim nostrum non miretur delata

510/91 uoce de caelo certiorem propheticum sermonem ab apostolo

510/92 dictum esse? certiorem sane dixit, certiore, non meliorem,

510/93 non ueriorem. tam enim uerus ille sermo de caelo, quam sermo

510/94 propheticus, tam bonus, tam utilis. quid est ergo, certiore,

510/**95** nisi in quo magis confirmetur auditor? quare hoc? quoniam

510/96 sunt homines infideles, qui sic detrahunt Christo, ut dicant eum

510/97 magicis artibus fecisse quae fecit. possint ergo infideles etiam

510/98 illam uocem delatam de caelo, per coniecturas humanas et illicitas

510/99 curiositates ad magicas artes referre. sed prophetae antea  
 510/**100** fuerunt, non dico ante istam uocem, sed ante Christi carnem.  
 510/101 nondum erat homo Christus, quando misit prophetas. quisquis  
 510/102 eum dicit magum fuisse, si ergo magicis artibus fecit  
 510/103 ut coleretur et mortuus, numquid magus erat antequam  
 510/104 natus? ecce quare ait apostolus Petrus: [\(F1\)](#) «**habemus certiorem**  
 510/**105** propheticum sermonem ». uox de caelo, qua fideles admoneantur;  
 510/106 propheticus sermo, quo infideles conuincantur. intelleximus,  
 510/107 quantum mihi uidetur, karissimi, quare dixerit apostolus  
 510/108 Petrus: [\(F1\)](#) «**habemus certiorem propheticum sermonem** », post uocem  
 510/109 de caelo delatam.

#### s. 43, 6:

510/**110** et ipsa quanta Christi dignatio? Petrus iste qui sic loquitur  
 510/111 piscator fuit, et modo magnam laudem habet orator,  
 510/112 si potuerit ab illo intellegi piscator. propterea primis christianis  
 511/113 loquens apostolus Paulus ait: [\(F1\)](#) «**uidete uocationem uestram**,  
 511/114 fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi  
 511/**115** potentes, non multi nobiles. sed infirma mundi elegit deus ut  
 511/116 confundat fortia, et stulta mundi elegit deus ut confundat sapientes,  
 511/117 et ignobilia mundi et contemptibilia elegit deus et ea quae non  
 511/118 sunt tamquam sint ut ea quae sunt euacarentur ». si enim eligeret  
 511/119 Christus primitus oratorem, diceret orator: eloquentiae  
 511/**120** meae merito electus sum. si eligeret senatorem, diceret senator:  
 511/121 dignitatis meae merito electus sum. postremo, si prius  
 511/122 eligeret imperatorem, diceret imperator: potestatis meae  
 511/123 merito electus sum. quiescant et differantur isti paululum,  
 511/124 quiescant, non omittantur, non contemnantur, sed aliquantulum  
 511/**125** differantur, quo possunt gloriari de semetipsis in semetipsis.  
 511/126 da mihi inquit illum piscatorem, da mihi idiotam,  
 511/127 da mihi imperitum, da mihi eum, cum quo non dignatur loqui  
 511/128 senator, nec quando emit piscem. ipsum inquit da. hunc si  
 511/129 impleuero, manifestum erit quod ego facio. quamquam et  
 511/**130** senatorem et oratorem et imperatorem ego sum facturus:  
 511/131 quandocumque facturus ego et senatorem, sed certius ego  
 511/132 piscatorem. potest senator gloriari de semetipso, potest orator,  
 511/133 potest imperator. non potest nisi de Christo piscator. ueniat  
 511/134 propter docendam salubrem humilitatem. prius ueniat piscator.  
 511/**135** per ipsum melius adducitur imperator.

#### s. 43, 7:

511/136 mementote ergo piscatorem sanctum, iustum, bonum,  
 511/137 Christo plenum, ad cuius missa per mundum retia capiendus  
 511/138 cum ceteris etiam populus iste pertinuit. ergo mementote eum  
 511/139 dixisse: [\(F1\)](#) «**habemus certiorem propheticum sermonem** ». da mihi  
 511/**140** ergo ad illam controuersiam iudicem prophetam. quid inter  
 511/141 nos agebatur? tu dicebas: intellegam ut credam. ego dicebam:  
 511/142 ut intellegas crede. nata est controuersia, ueniamus  
 511/143 ad iudicem, iudicet propheta, immo uero deus iudicet per prophetam.  
 511/144 ambo taceamus. quid ambo dixerimus, auditum est.  
 511/**145** intellegam inquis ut credam. crede inquam ut intellegas.  
 511/146 respondeat propheta: [\(F1\)](#) «**nisi credideritis, non intellegetis** ».

#### s. 43, 8:

511/147 putatis autem, karissimi, nihil dicere etiam illum qui

511/148 dicit: intellegam ut credam? quid enim nunc agimus, nisi  
 511/149 ut credant, non qui non credunt, sed qui adhuc parum credunt?  
**511/150** nam si nullo modo credidissent, hic non essent. fides  
 511/151 eos adduxit, ut audiant. fides eos fecit praesentes uerbo  
 511/152 dei, sed ipsa fides quae germinauit irriganda est, nutrienda est,  
 512/153 roboranda est. hoc est quod agimus. [\(F1\)](#) «**ego**», inquit, [\(F1\)](#) «**plantaui**,  
 512/154 Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. itaque neque qui  
**512/155** plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat  
 512/156 deus ». loquendo, hortando, docendo, suadendo plantare possumus  
 512/157 et rigare, non autem incrementum dare. nouerat autem  
 512/158 ille cum quo loquebatur, qui fidei suae germinanti et adhuc  
 512/159 tenerae et adhuc infirmae et ex magna parte titubanti,  
**512/160** non tamen nullae fidei, sed alicui fidei adiutorem orabat, cui  
 512/161 dicebat: [\(F1\)](#) «**credo domine** ».

**s. 43, 9:**

512/162 modo cum euangelium legeretur, audistis: [\(F1\)](#) «**si potes**  
 512/163 credere », ait dominus Iesus patri pueri, [\(F1\)](#) «**si potes credere, omnia**  
 512/164 possibilia sunt credenti ». et ille intuens semetipsum, et positus  
**512/165** ante semetipsum, non habens temerariam confidentiam, sed  
 512/166 prius discutiens conscientiam, uidit in se esse aliquam fidem,  
 512/167 uidit et titubationem. utrumque uidit. unum se habere confessus  
 512/168 est, et altero adiutorium postulauit. [\(F1\)](#) «**credo** », inquit,  
 512/169 [\(F1\)](#) «**domine** ». quid sequebatur, nisi: adiuua fidem meam? non  
**512/170** hoc dixit. [\(F1\)](#) «**credo domine** ». uideo hic aliquid unde non mentior.  
 512/171 credo, uerum dico. sed uideo hic etiam nescio quid, quod  
 512/172 mihi displiceat. stare uolo, sed adhuc nuto. stans loquor, non  
 512/173 cecidi, quia credo. sed tamen adhuc nuto: [\(F1\)](#) «**adiuuua incredulitatem**  
 512/174 meam ». ergo, karissimi, et ille quem contra me constitui,  
**512/175** et propter cuius controuersiam inter nos natam prophetam  
 512/176 iudicem postulaui, non nihil dicit etiam ipse, cum dicit:  
 512/177 intellegam ut credam. nam utique modo quod loquor, ad  
 512/178 hoc loquor ut credant qui nondum credunt. et tamen nisi  
 512/179 quod loquor intellegant, credere non possunt. ergo ex aliqua  
**512/180** parte uerum est quod ille dicit: intellegam ut credam, et  
 512/181 ego qui dico, sicut dicit propheta: immo crede ut intellegas,  
 512/182 uerum dicimus, concordemus. ergo intellege ut credas, crede  
 512/183 ut intellegas. breuiter dico quomodo utrumque sine controuersia  
 512/184 accipiamus. intellege, ut credas, uerbum meum; crede,

---